Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Freiburger Urkundenbuch

Texte

Hefele, Friedrich

Freiburg i.Br., 1951

247 - Freiburg 1298 Juni 23: Friedrich von Staufen, Komtur, und der Konvent des Deutschordenshauses zu Freiburg verkaufen aus großer Not mit Zustimmung des Provinzialskomturs an Rudolf Kücheli von ...

urn:nbn:de:bsz:31-70566

Visual Library

zweierlei a, g, die Schluß-s mit ihrem Fortsatz, die Kürzungen für con *und* us*). Zu Beginn ein Punkt wie bei n. 152 und 201. Ungewöhnliche Arenga. Die Siegel bestehen aus demselben Wachs und haben auf der Rückseite denselben, etwas flachen Eindruck, was die gleichzeitige Siegelung verrät.*

Zur Sache: Diese Urkunde ist aufgenommen, weil sie sich, obwohl dies nicht eigens gesagt ist, auf das Johanniterhaus zu Freiburg bezieht, das in jener Zeit planmäßig seine Herrschaft zu Heitersheim aufbaute. Die Urkunde ist bezeichnend für die Aktivität, die das Freiburger Johanniterhaus in jener Zeit entfaltete.

Gestis rebus affuture questionis materia certius precavetur, cum ipse, quemadmodum geste sunt, scripturarum ac testium intersigno hominum ad noticiam deferentur. Noverint igitur omnes ac singuli, quod nos Wernherus miseratione divina abbas totusque conventus monasterii sancti Truperti renunciamus omni iuri[c], quod nos habere dinoscimur in Gerdrude filia Heinrici dicti Mile de Hochdorf uxore Heinrici pellificis de Heitersheim, inclinati precibus instantibus Cůnradi villici et Burchardi fratris eiusdem de predicta villa Heitershein et ob respectum dilectionis ordinis sancti Johannis ipsam prefatam Gerdrudim nichilominus omni contencionis scrupulo remoto dicto ordini libere contradimus et donamus. In cuius rei testimonium presentes litteras nostro sigillo et conventus duximus roborandas. Datum in cenobio nostro videlicet sancti Truperti supradicti anno domini MºCCºLXXXXºVIIIº Vº kalendas iunii.

247 — *Freiburg 1298 Juni 23*

Friedrich von Staufen, Komtur, und der Konvent des Deutschordenshauses zu Freiburg verkaufen aus großer Not mit Zustimmung des Provinzialkomturs an Rudolf Kücheli von Freiburg den durch den Bruder Rudolf von Offnadingen mitgebrachten Hof zu Offnadingen, den der Sohn des Meiers Bertold Hering von Kirchhofen um 160 Scheffel jährlichen Zins baut, an Johann, Sohn des Konrad Ederli von Freiburg, um 175 M. Silber, die der Jude Samuel von Straßburg und andere Gläubiger erhalten.

Or. Karlsruhe GLA.: 11/418 (St. Blasien). Siegel an weißen Leinenstreifen: 1. (besch.) rund (37). Heilandskopf. ✠ 'S · COMDATORIS · TEVTONICOR' · I · VRIBVRC[1]; *2. rund (37), glatt (abgeschürft oder unausgefertigt); 3. (besch.) Stadtsiegel IV. Rückvermerke: a) (14. Jh.)* Instrumentum super curia in Offemeningen; *b) (15. Jh.?)* in libro II;

246 c i *über* e, *darunter ein Punkt*

247 [1] *Die Verteilung der Legende beweist, daß dieses Siegel mit dem Siegel des Komturs an Urkunden von 1276/83 (Bd. 1 Siegeltafel 12 n. 98) nicht identisch ist. Es ist auffallend, daß das Siegel des Komturs in 30 Jahren 4mal (vgl. Bd. 1 Siegeltafeln n. 77, 91 u. 98) neu geschnitten worden ist.*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

c) (16. Jh.) Offiningen. — Abschr. (14. Jh.) Stiftsarchiv St. Paul: Handschr. 25. 3. 12, S. 131. — Abschr. (1546) Karlsruhe GLA.: Kopialbuch 1194 Bl. 206[v]*.*

Neugart CDA. 2, 352 n. 1060 nach dem Or.

Geschrieben von unbekannter Hand, wohl Ausstellerherstellung. Die Schrift hat in manchen Einzelheiten (vgl. besonders die D K g und die Kürzung für die Endsilbe us*) auffallende Ähnlichkeit mit n. 241, so daß man versucht ist, den Schreiber bei den Herren von Staufen zu suchen. Anderseits bestehen so viele Unterschiede, ja Gegensätze, daß selbst unter Berücksichtigung aller Verschiedenheiten, die mitunter bei einem und demselben Schreiber begegnen, zwar kaum an eine gemeinsame Hand, wohl aber an eine gemeinsame Schreibschule zu denken ist. Auffallend schönes, beidseitig weißes Pergament. Die Gleichheit der weißen Leinenstreifen und des hellen Wachses aller Siegel beweist die gleichzeitige gemeinsame Besiegelung. In formaler Hinsicht ist die Breite und Feierlichkeit der Fassung ungewöhnlich. Die Invokation entspricht mehreren Urkunden der Johanniter aus jener Zeit (vgl. n. 208, 209, 214, 215, 217). Th. Mayer-Edenhauser (Das Recht der Liegenschaftsübereignung in Freiburg, S. 93 f., Anm. 44) hat diese formale Ähnlichkeit, besonders bezüglich der ausführlichen Währschaftsformel, auf das wohl von dem Johanniter Burkard von Leonegg (über ihn vgl. die Vorbemerkung von n. 215) herrührende Formular der Johanniter zurückgeführt. Von der Invokation und anderen Anklängen abgesehen, weist die vorliegende Urkunde immerhin eine selbständige Formulierung auf. Wie bei den Johannitern mag es auch bei den Deutschherren gleichsam Mode gewesen sein, bei Abfassung der Urkunden römisch-rechtliche Bildung — Mayer-Edenhauser spricht von „Halbbildung" — zu zeigen. Vielleicht ist es für die Lösung des interessanten Problems von Belang, daß die damaligen Komture der Johanniter und Deutschherren zu Freiburg Herren von Staufen waren: Rudolf von Staufen Komtur der Johanniter, Friedrich von Staufen Komtur der Deutschherren (vgl. die Vorbemerkung von n. 248). Daß die Deutschherren, wie Mayer-Edenhauser a. a. O. gemeint hat, sich von den Johannitern ihr Urkundenformular ausgeliehen haben, könnte in Zusammenhang mit diesen personellen Beziehungen stehen. Nicht ausgeschlossen erscheint es mir, daß der in n. 208 als Minister oder Prokurator der Herren von Staufen genannte Rudolf von Radegg (über ihn vgl. Anm. 5 von n. 208) der Verfasser dieser und der folgenden Urkunde n. 248 war, die somit ein Gegenstück zu den von dem Johanniter Burkard von Leonegg verfaßten Urkunden bilden würden.*

Zur Provenienz: Dieser Hof ging schon im Jahr 1305 in den Besitz des Klosters St. Blasien über. Krieger TW. 2, 417.

In nomine domini amen. Noverint universi presentium inspectores, quod nos frater Fridericus de Stŏphen commendator[a] domus ordinis hospitalis sancte Marie Theutonicorum Friburgen[sis][b] Constanciensis dyocesis et fratres conventus eiusdem domus et ordinis, quod, cum nos et dicta domus immenso debitorum onere gravati essemus et tam creditores ad solutionem cum instantia nos urgentes quam usurarum voraginem cum gravi nostro dispendio

247 [a] *oder* con-, *in der ganzen Urkunde* [b] *oder* [sium], *auf* Theutonicorum *bezogen*

accrescentem nequaquam sine alienatione rerum dicte nostre domus differre vel avertere ulterius possemus, habito igitur inter nos communiter sollempni et diligenti pluries tractatu et nec essent mobilia ad debitorum et dampnorum exonerationem sufficientia, tandem rimatis cum diligentia omnibus et discussis concorditer visum extitit nobis omnibus commodius et utilius fieri infrascriptarum rerum immobilium alienationem et necessariam fore ad dictorum debitorum et dampnorum luitionem, et quod ipsa tali rerum alienatione id ageretur, quod ipsi domui nostre existeret profuturum, de consensu licentia et auctoritate fratris Růdolfi Kv̊chelini de Friburg commendatoris provintialis predicti ordinis per Alsaciam Bvrgvndiam et Briscavgiam dedimus vendidimus damus et vendimus per presentes pro nobis nostrisque successoribus curiam nostram sitam in villa Ofmenningen in Briscavgia vulgariter dictam des hof von Ofmenningen collatam dicte domui nostre et ordini a fratre Růdolfo de Ofmenningen quondam confratre nostro[2], quam nunc colit villicus filius Berhtoldi dicti Hering villici de Kilchoven pro annuo censu centum et sexaginta modiorum videlicet septuaginta tritici et totidem siliginis et viginti ordei, iure proprio et allodii Johanni quondam nato bone memorie Cůnradi dicti Ederli de Friburg ementi et accipienti pro se suisque heredibus in perpetuum ad habendum utendum tenendum et possidendum et quicquid sibi suisque heredibus placuerit deinceps exinde faciendum cum omnibus possessionibus agris vineis pratis campis silvis aquis pascuis cultis et incultis et servitutibus predialibus rusticis vel urbanis et omnibus iuribus et pertinentiis universis, quocumque nomine censeantur, ad ipsam curiam spectantibus pro precio centum septuaginta et quinque marcarum argenti ponderis friburgensis, quam pecuniam sive precium fatemur presentibus nos ab ipso emptore habuisse ac integra solutione recepisse et totaliter Samueli iudeo de Argentina et aliis quibusdam creditoribus nostris ad exonerationem debitorum et dampnorum nostrorum utiliter persolvisse. Promittentes pro nobis nostrisque successoribus ipsi emptori pro se suisque heredibus recipienti et ementi ipsam curiam et dictas omnes res per nos venditas habere licere in posterum dolum malum abesse abfuturumque esse tradendo sibi eiusdem curie et rerum ac iurium et pertinentiarum eius possessionem corporalem vel quasi promittentes etiam de consensu dicti provincialis nostri pro nobis nostrisque successoribus dicto emptori pro se suisque heredibus stipulanti et recipienti sibi vel eius heredibus litem vel controversiam de dicta curia vel rebus in toto vel in parte ullo tempore non inferre vel inferenti non consentire, sed ipsam curiam et res venditas et quamlibet de ipsis emptori suisque heredibus tam in proprietate quam in possessione ab omni persona et universitate defendere auctorizare et expedire ipsumque in possessione vel quasi facere potiorem et, quod si aliquo tempore lis vel questio quocumque modo ipsi emptori vel eius heredibus de dictis curia et rebus vel

247 [2] *Über ihn vgl. Bd. 1, Register (Offnadingen).*

aliqua eorum vel etiam ipsarum occasione per aliquem moveri contigerit, ipsam litem et omnem causam, quandocumque vel quotienscumque nobis nunciatum fuerit, in nos recipere et in causa tam principali quam appellationis nostris sumptibus et expensis persistere usque in finem; quod si[3] non faceremus et res evicta fuerit, promittimus eidem, sibi vel eius heredibus solutum nobis precium supradictum totaliter restituere et nichilominus, si quas expensas vel sumptus fecerint circa culturam rerum vel dampna sustinuerint ipse emptor vel heredes eius pro ipsis rebus vel aliqua ipsarum defendendis in iudicio vel extra, expensas ipsas et dampna, que suis iuramentis declaraverint, sibi vel eius heredibus restituere et plenarie resarcire et eos indempnes reddere, sive res evicta fuerit sive non. Quam siquidem vendicionem predictam et omnia et singula suprascripta promisimus et promittimus per presentes ipso emptori pro se suisque heredibus recipienti rata et firma observare et adimplere et non contravenire vel facere aliqua ratione vel causa et omnibus premissis bonam fidem adesse. Renuntiantes de consensu provintialis nostri predicti pro nobis nostrisque successoribus litteris et privilegiis omnibus habitis et habendis exceptioni non numerate pecunie et decepcionis ultra dimidiam iusti precii et beneficio restitutionis in integrum et generaliter omni actioni exceptioni et defensioni omnique iuris auxilio canonici vel civilis scripti vel non scripti competenti vel in posterum competituro, per quod contra predictum contractum vel pacta vel promissa per nos circa eum venire quomodolibet possemus. Et ut premissa omnia singulaque perpetua firmitate inconvulsa permaneant, nos predictus commendator et fratres videlicet frater Eigelwardus dictus Vilmeder[4], frater Albertus de Andela, frater Humbertus de Bern[5] sacerdotes, frater Růdolfus de Vra[6], frater Eberhardus Pincerna de Winterstetten[7], frater Hartmannus de Kienberg[8], frater Fridericus marchio de Hahperg, frater Hugo de Langenstein[9], frater Waltherus de Ehenheim[10], frater Johannes Pincerna de Winterstetten, frater Johannes de Valkenstein[11], frater Symundus de Veldenze[12], frater Reinbotus dictus Stv́binweg[13], frater Kv̊cho de Friburg, frater Bertoldus de Biengen[14],

247 [3] *Zu dieser Formel vgl. Th. Mayer-Edenhauser a.a. O., S. 96 mit Anm. 5.*
[4] *Übername = „Vielmäher“. Socin MN., S. 446.* [5] *Wohl aus dem bei Rottweil ansässigen Geschlecht. Vgl. Kindler v. Knobloch OG. 1, 60; F. Güterbock in d. Zeitschr. f. schweizer. Gesch. 22 (1942), 202 ff.* [6] *Vielleicht aus dem Ministerialengeschlecht bei Lenzkirch. Vgl. H. Büttner in den Schriften d. Ver. f. Gesch. u. Naturgesch. d. Baar 21 (1940), S. 117 ff.* [7] *OA. Waldsee* [8] *Wohl identisch mit Hartmann von Kienberg, der 1272 als scolaris in Rheinfelden und 1281 als Pfaffe bezeugt ist. Kindler v. Knobloch OG. 2, 279.* [9] *Über ihn vgl. Kindler v. Knobloch OG. 2, 459 f.* [10] *vielleicht Ehnheim = Oberehnheim* [11] *Vermutlich aus dem Geschlecht im Höllental, bei dem der Name Johannes vorkam. Kindler v. Knobloch OG. 1, 326.* [12] *Wohl identisch mit dem in der Stammtafel der Herren von Geroldseck, Grafen von Veldenz (ebd. 1, 435) aufgeführten Sigmund* [13] *Aus dem Straßburger Geschlecht, in dem der Vorname Reimbold häufig war. Vgl. Straßb.UB. 4 (Register).* [14] *Wohl identisch mit dem bei Kindler v. Knobloch (OG. 1, 91) zu 1298 als Zeuge in Freiburg Genannten.*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

frater Erbo de Argentina[15], frater Heinricus de Phaffenheim[16], frater Marquardus dictus Winhart[17], frater Hugo Bitterolfus[18] et reliqui fratres eiusdem domus, qui omnibus predictis interfuimus et egimus et fecimus, ut est suprascriptum, sigillum mei commendatoris una cum sigillo commendatoris provintialis nostri predicti duximus presentibus appendenda, volentes et petentes, ut in predictorum evidentiam cives de Friburg sigillum sue communitatis presentibus etiam appendant[19]. Nos vero frater Růdolfus Kv̊chelinus de Friburg commendator provintialis predictus fatemur et recognoscimus predictum contractum et eius causam et omnia, que circa eius instructionem premissa sunt, vera esse et de consensu licentia et auctoritate nostra, ut prescriptum est, omnimode processisse, in eius et omnium premissorum approbationem per nos factam ac robur et firmitatem perpetuam sigillum nostrum una cum sigillo predicti commendatoris presentibus appendentes. Nos Dietricus de Tv̊selingen scultetus, Johannes de Tv̊selingen magister civium et consules de Friburg sigillum civitatis de Friburg ad voluntatem et petitionem commendatoris et fratrum predictorum in premissorum evidentiam duximus presentibus appendendum. Datum et actum Friburg in domo nostra predicta anno domini M°CC°XC° octavo mense iunii indictione XI^a^ in vigilia nativitatis beati Johannis Baptiste presentibus: Dietrico de Tv̊selingen sculteto de Friburg, Egelolfo Kv̊chelino, Cůnrado dicto zer Eiche, Hugone Kv̊chelino militibus, Alberto dicto Rintkŏf, Johanne de Stv̊llingen, Cůnrado dicto Kozze, Heinrico dicto Morser, Nicolao dicto Ederli, Johanne dicto Boggenrv̊ti[c], Alberto dicto Lange, Johanne de Mvnzingen, Johanne de Tv̊selingen, Burchardo dicto Meinwart et aliis quampluribus fide dignis testibus ad hoc vocatis et rogatis.

248 *Freiburg 1298 Juni 23*

Friedrich von Staufen, Komtur, und der Konvent des Deutschordenshauses zu Freiburg kommen mit Johann, Sohn des Konrad Ederli von Freiburg, dem sie ihren Hof zu Offnadingen verkauft haben, zusätzlich überein, daß sie ihm die 75 Scheffel Getreide, die dem Ritter Bilgeri von Husen und seiner Frau von diesem Hof zu Leibgeding zustehen, von ihrem Hof zu Ampringen, genannt des Vassers Hof, entrichten werden.

Or. Karlsruhe GLA.: 11/107 (St. Blasien). Siegel an Leinenstreifen: 1. = n. 247 (1.); 2. = n. 132 (3.). Rückvermerk (14. Jh.): de Offeimingen. *— Abschr. (1546) ebd.: Kopialbuch 1194 Bl. 209^v^.*

247 [c] *sic statt* Bvgg-

[15] *Über ihn vgl. ebd. 1, 306; ferner Kindler v. Knobloch, Das Goldene Buch von Straßburg, S. 77.* [16] *wohl Pfaffenheim n. Rufach* [17] *Wohl aus dem Basler Geschlecht. Vgl. Socin MN., S. 173.* [18] *Aus dem Freiburger Geschlecht. Vgl. Kindler v. Knobloch OG. 1, 95.* [19] *Um das Siegel der Stadt wurde wohl deshalb nachgesucht, weil der Käufer Bürger von Freiburg war.*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg